Etiam cōiugatio correpta quæ secundā p̄sonam in is mittit in Imperatiuo modo in e solidā cōuertit preteritū p̄ has syllabas effert: in di p̄posita cōsonāte in ui p̄posita uocali. i. i. cōsonante qualibet p̄posita in. si. & in. xi. Sed illa tamē preteritum in ui. mittunt quæ in p̄senti tēporis indicatiui modi. u. ante nouissimā litteram habent. Vt tribuo tribui: statuo statui: minuo minui. imbuo imbui obruo obrui. Ex his duo notantur tantum quæ in xi. mittūt preteritū. fluo fluxi. struo struxi. Et quæ in lo syllabam exeūt in p̄senti. nihilominus preteritū in ui. mittūt: ut uolo uolui. nolo nolui. colo colui. consulo consului. Alo alui. Pauca præterea i eandē extremitatem mittunt preteritū quanq̄ p̄sens simile superioribus habeant. tremo tremui. gemo genui. fremo fremui. cōpescō cōpescui. necō xui. sterto stertui. pecto pexui. texto texui. senesco senui. gigno genui. increbescō iurebui. nam icrebo nō iuenit. Et si qua ex his cōponuntur. Vi syllaba terminātur in preterito hęc sola sperno: spreui: sterno strauicerno creui. sero seui: tero triui. pascō pascui. quæro quæsiui. lino liui. quiescō quiesui. cupio cupiui cōsuescō consueui. peto petiui. sapio sapiui. In di p̄posita cōsonante i preterito desinunt quæ in p̄senti. do. syllaba terminantur p̄cedente. n. littera: ut scādo scandi: ascendo ascendi. descendo descendi. offendo offendi. pādo pandi: prendo p̄cedi mando mandī. Tria enim in preterito amittūt: fundo fudi. linquo liqui. scindo scidi. Sic lucanus ait. Scidit & in medias fecit sibilator a terras. Et quæ minus una syllaba p̄feruntur: p̄ducta prima syllaba in preterito quæ i p̄senti corripitur: ut Capio: cœpi. lacio ieci. fugio fugi: fodio fodi. Pauca præterea eandē clausulam habent nouissima littera p̄sentis temporis i. id est cōuersa. uinco uici. rumpo rupi. soluo solui: cudo cudi: uolo uolui. In si preteritum mittūt syllabā uerba quæ in p̄senti. do uel mo. syllabis terminantur si sit natura longa penultima: ut ludo si. lædo læsi. cædo cæsi. plaudo plausi. trudo trasi. rado rasi illido illisi. allido allisi. promo prompsi. sumo sumpsi. demo dēpsi. resumo resumpsi. Et primo quāuis correpta sit penultima i eadem syllaba exit: Et qd̄qd̄ ex eo componitur: ut p̄mo pressi. exprimo expressi. comprimo compressi: & quæ i bo uel i. po. syllabas desinunt: ut scribo scripsi. nubo nupsi. scalpo scalpsi. repo repsi. serpo serpsi. scalpo scalpsi. Præter hęc pauca sunt quæ non eandē extremitate finiuntur i p̄senti: preteritum tamen i si. syllaba mittūt. spargo sparsi. mergo merpsi: mitto misi: uro uisi: temno tempsi. contēno si. cōcutio concussi. gero si. Et si qua ex his i compositam figurā transeunt. In. xi. syllabam in preterito desinūt. Verba quæ in p̄senti. go. syllaba terminantur: ut cingo cingxi. pingo pinxi: sugo suxi. affligo afflixī. pgo pexi. rego rexi. diligo dilexi: intelligo intellexi. fingo fixi. tego texi. Excipiuntur tria in go: desinētia quæ in superioribus notauimus. Et alia quattuor quæ nō in xi. sed in gi mittūt preteritum tango tetigi. frango fregi. lego legi. ago egi. Et si qua ex his componuntur simplicium formā sequuntur: his simile est. Impingo: quod impegi facit preteritum. Præter hęc in. xi. preteritum mittunt. uiuo uixi. coquo coxi. meio minxi. illicio illexi. aspici aspexi. flecto flexi. duco duxi. dico dixi. ueho uexi. traho traxi. sunt tertiæ cōiugationis uerba quæ primā syllabam in preterito duplicant: quæ omnia subiecta sunt: ut pello pepuli. tango tetigi. fallo fefelli pendo pependi. tendo tetendi. pungo pupugi. sed & punxi dicimus. tūdo tu-

tudi. cado cecidi. cedo cecidi. pario peperit. cano cecini disco didici. posco poposci. parco:  
peperci. facit & parsi. curro cucurri. pedo pepedi. Hæc adiunctis præpositionibus non  
eodem modo proferenda sunt: nam duplicatam in simplici figura syllabam in composi-  
tione amittunt. Dicimus enim sic expendo expendi decurro decurri. refello refelli. com-  
pello compuli. concido concidi. Sed ex his duo sola præpositionibus adnexis in suo sta-  
tu manent disco & posco: Nam dedici & depopsci faciunt præteritum. Cano autem  
neutram regulam sequitur concinui facit: Et si qua composita in eadem coniugatione.  
Quoniam nouissimam syllabam geminant in præterito illa uidelicet quæ ad uerbo pri-  
me coniugationis componuntur. condo condidi. reddo redidi. trado tradidi. subdo sub-  
didi. prodo prodidi. addo addidi. abdo abdididi. Similiter proferuntur credo credidi uen-  
do uendidi. Excepto circundo dedi quod secundam personam facit: circundas & est pri-  
mæ coniugationis.

#### De quarta coniugatione

Quarta coniugatio uel tertia producta quam imperatiuus modus prodit litte-  
ram in fine conseruat præteritum perfectum in ui. syllabam mittit uel in du-  
plicem. ii. ut audio audiui. uel audiui. munio muniui. uel muniui. seui seui uel  
seui. linio liniui uel liniui. mollio molliui uel molliui. finio finiui uel finiui. pu-  
nio puniui uel puniui: sopio sopiui uel sopiui. actio actiui uel actiui. scio sciui uel sciui. hincio  
hinciui uel hinciui. Exeo ui uel exiui. Inio iniui uel iniui. Cætera his similia: pauca in xi exeunt  
& sunt hæc fere sarcio sarci. fartio farti. haurio hausi. sepio sepsi. sentio senti. Alia in. xi.  
sola hæc scaxio scaxi. fulcio fulxi. uicio uixi. unum inuenitur quod primam syllabam in  
præterito corripit in præterito producit. uenio ueni. Et composita ex eo in hunc modum p-  
feruntur: aperio aperui. cuius compositum distat repperio repperi. in has fere syllabas  
omnia uerba quartæ coniugationis norma complectitur in præterito desinunt: sed ne quod  
ambiguitatis possit esse lectoribus non dissimulabimus. de illis dicere: quæ ratione refr-  
gantur: sunt enim uerba quæ in personis deficiunt: & impersonalia dicuntur. alia in mo-  
dis. alia in temporibus alia coniugationibus. alia participiis: de his exponemus: & pri-  
mum de impersonalibus quæ aut sunt secundæ coniugationis aut tertiæ quantum ex ter-  
tia persona contemplari licet eorum: alia accusatiuum trahunt: ut pudet: tædet. piget: pœ-  
nitet: miserat: decet. alia datiuum ut licet: liquet: libet. Vnum est quod casu non indiget:  
oportet: & omnia præteritum inuit. syllabam mittunt: ut puduit: piguit: pœnituit: licu-  
it: libuit: decuit. Præter tria quorum duo deficiunt in præterito: liquet: & tædet: unum qua-  
si passiuam habet declinationem miseret nam misertum est dicimus: licet tamen & libet  
ad hanc similitudinem proferri possunt: licitum est: libitum est. Et tædet in composita fi-  
gura pertesum est. Tertiæ coniugationis Impersonalia datiuum casum assumunt. ut cō-  
tingit: euenit. accidit: expedit. Quædam primæ coniugationis impersonalia reperiuntur  
ut iuuat præstat: quæ & aliter declinari possunt: sed omnia tam in futuro imperatiui mo-  
di quam infinitiui: nec non etiam gerundiis participialis participiis utriusque temporis de-  
ficiunt: Defectiua in modis sunt hæc. Quo quod primam personam habet indicatiui  
modi duntaxat: licet quæ fere lectum sit apud Salustium & tullium. Quat. ifit. hæc quo-  
que tertiam personam habet solam. sed quat participium facit præteritis temporis quans cū  
in definitione uerbi deficiat. Similiter ausim: & perdiūt pro perdūt dicūt: & inquam in primam  
personam contra morem omnium profert: utrunque numerum modi indicatiui presentis tē-  
poris inquam imperatiuum numeri singularis habet tantum: nam in quæ apud terentium le-  
ctum est: aio præteritis & præteritum imperfectum habet tantum. Faxo futurum tempus tan-  
tum uelut alii promissiuum modum ostendit. Salue saluete. imperatiui modi secundæ personæ  
utroque numero lectum est: & infinitiui modi præteritis tempus saluere: Cedo & aue similiter & im-

peratiui personam habent numeri singularis, cedo etiam numeri pluralis lectum est apud  
Plantum cedit mihi pro dicite. Et in coniugationibus & in preterito deficiunt hæc: Fe/  
ro fers præteritum facit tuli Sum es est fui: ferio is percussi: tollo tollis sustuli facit. Edo  
es edidi: hoc infinitiuum præsentis temporis non in .re. syllabam sed in .se. contra morem om  
nium mittit. esse enim dicendum est: Volo uis uolui: hoc quoque incertæ est coniugationis  
& in futuro imperatiui & infinitiui modi deficit. & gerundiuis uel participialibus quæ su  
pina alii dicunt: meto messui nam aliter proferri non potest: pelleo: sisto: similiter & glif  
co & quatio nullum habent præteritum.

Memineris tamen inchoatiuæ formæ uerba quæ in præterito perfectò deficiunt. De participiis.  
Participiis carent uerba alia præsentis temporis alia futuri: alia utriusque impræ/  
senti itaque deficit Sum & quæ ex eo adiectis præpositionibus componuntur.  
Præter duo absens & presens: Quæ a uerbis absum & presum ueniunt: Et eo  
uerbum in participio nominatiui casus numeri singularis deficit in ceteris re/  
cte declinatur Composita quedam etiam nominatum habent ut preteriens abiens: futu  
ri temporis participia non habent in primis. Verba formæ Inchoatiue ut horesco: Caleasco:  
& his similia. Deinde omnia secundæ coniugationis: quæ sunt generis neutri & in formam trã/  
seunt Inchoatiuam: ut horeo: caleo: tepeo: niteo: pateo: stupeo: splêdeo: uigeo: uiroo: rigeo:  
floreo: pauco: rubeo: tabeo: madeo: tumeo: sileo: paleo: ferueo: timeo: lateo: nam & hæc  
assumptis præpositionibus faciunt inchoatiua: ut pertimesco: & dilucesco. Valeo tantum cum fa  
ciat coualesco. In participio futuri temporis minime deficit: nam ualiturus dicendum est. Sunt  
alia præterea quæ non trãseunt in formam inchoatiuam eiusdem coniugationis & generis: & nihilo/  
minus in participiis temporis futuri deficiunt. ut egeo: mereo: palleo: calleo: studio: præter  
hec & uolo caret participio futuri temporis: ut nolo. Et que ex illis componuntur: Simili  
ter & metuo fluo: sitio: tremo: leuo: sereo: algeo: disco: pasco, furio. Quæ uerba primiti  
ua futuri temporis participiis carent. Similiter caret participiis impersonalia omnia de qui  
bus superius docuimus: & defectiua illa uidelicet quæ ordine declinari non possunt: ut aio:  
quæso: inquam: faxo: saluo: aueo: cedo. & possum similiter & soleo. Sunt uerba quæ prima  
persona cõfusa habent: quorum significationem secunda persona coniugationis discernit:  
dico as. correpra priore syllaba dico cis. producta: fundo fundas: fundo dis: uolo uolas:  
uolo uis. appello appellas: appello appellis. compello cõpellas cõpello cõpellis. mado as:  
mado is. Sunt alia quæ ex diuersa forma presentis temporis in præterito cõfundunt: pauco ui.  
pasco paui. cerno creui: eresco ui: acuo acui. aceo acui. lugeo luxi. luceo xi. pëdeo pepëdi.  
pendo pepëdi. frigeo frixi. frico frixi. Sunt quæ idem habent præsens & præteritum perfectum hec so  
la. Odi: noui: cepi: memini: pepigi: hæc in imperatiuo modo præteritum memini quod memë  
to facit deficiunt & in futuro & in infinitiui modo & in supinis. nec non etiã & in participiis utri  
usque temporis Vnum ex his odi duo participia facit: præteriti temporis figuræ cõposite exosus  
& perosus. Sunt alia quæ in omni declinatione secundæ sunt coniugationis: & in infinitiui quasi tertie cor  
repta proferunt. Fulgeo infinitiuum fulgere facit: ferueo feruere: obsido obsidere.

#### De Passiuis.

Uerba tam passiuæ quæ deponentiæ nec non etiam communia cuiuscumque sunt cõiuga  
tionis præteritum perfectum in has syllabas mittunt in: tus: in ctus: in fus: in  
xus: adiuncto in omnibus sum uerbo: ut amor amatus sum: doceor doctus sum:  
patior passus sum: nitor nisus sum. Notantur pauca quæ in præterito deficiunt  
passiuæ quædam hæc feror: ferior: tollor: faciunt enim præteritum latus sum: ictus sum sublatus  
sum: Poscor namque hoc quoque deficit: in præterito postulatus sum: arguor coniunctus  
sum similiter & metuor & timeor nullum habent præteritum perfectum. Deponentiæ uero hec

Vescor fruor. medor: liquor: reminiscor quæ in præterito sic proferuntur: passus: sū: poti-  
 tus sum: medicatus sum: liquefactus sum: recordatus sum: Quæ ab alio præterito ueni-  
 unt: sed ad supplementum declinationis defectiuus accommodatur sunt quedam deponētia in  
 certis cōiugationibus hæc sola: Potior: orior. nā in secūda persona numeri singularis ter-  
 tiæ productæ sunt hoc est quartæ cōiugatiōis & præteriti tēpore infinitiui modi: oriris. enim  
 & potiris etiā oriri & potiri dicimus. Reliqua ad exemplum tertie correptæ declinantur.  
 Sunt alia quæ ex diuerso ueniunt presenti & in præterito cōfunduntur: ut patior passus  
 sum: pandor passus sum: ut apud Virgilium Crinibus iliades passis. Item uetor uersus  
 sum: ut apud eundem. Et uersa paluis iscribitur hasta. Sant alia impersonalia quæ a sū-  
 ptis præpositionibus ablatiui casus declinantur: & a uerbis neutri generis figuratur uel ac-  
 tiuis quæ datiuū casum inferiorationis admittūt: ut sedet: ambulatur: statur: pugnat  
 itur: studetur. Veniūt enim ut dictū est a neutris sedeo: ambulo. sto: pugno: eo: studeo.  
 His enim græcorum iactantiā siqua de copia sermonis exercent: refutauimus quod nec  
 propria nequeūt explanare: similiter nocet & luadet & dat proferimus: quæ in actiua  
 specie datiuo casui iunguntur. Sūt quæ in participiis deficiūt: Vt fruor: medeor: & reor:  
 quod de præterito tamen habet participium & in præterito & in futuro deficit. Item na-  
 scor futuri temporis participio caret. Et impersonalia sicut in actiua declinatione partici-  
 pia nulla habent: nisi poetica usurpauit Licentia: ut regnata percussa pugnata futuri ut  
 uigilanda uiris & his similia: Finis.

Phocæ clarissimi gramatici ars de nomine & uerbo fœliciter explicat.

PRISCIANI CESARIENSIS CLARISSIMI GRAMMATICI EPITOMA

Mnia nomina quibus latina utitur eloquentia quinque declinationibus infle-  
 ctuntur: quæ ordinem acceperūt ab ordine uocaliū formantiū gtōs. Prima  
 igitur est declinatio cuius genitiuus sin in. æ diphthongon desinit ut hic poeta  
 huius poetæ: Secūda est cuius genitiuus sin in. i. productum desinit ut do-  
 ctus: huius ti. Tertia in is breuem ut hic pater huius patris: Quarta in us pro-  
 ductam ut hic senatus: huius senatus. Quinta in ei diuisas syllabas: ut hic me-  
 ridies: huius meridiei. habet ergo primæ declinationis: nominatiuus litteras terminales  
 duas. a. & s. terminationes uero tres. a. as. es. pductas ut hæc syllaba huius bæ. hic ane-  
 as huius æneæ. hic anchises: huius anchise. i. a. desinētia seu græca sint seu latina: mascu-  
 lina seu fœminina uel cōmunia prime declinationis sūt. ut hic citharista huius cithariste  
 hic scriba huius scribe. hæc caliopea huius caliopeæ: hec regina huius næ. hic & hæc ad-  
 uena huius aduenæ. Excipiūtur nouē noīa mobilia. una: ulla: nulla: sola: tota: alia: alte-  
 ra: ultra: neutra. quæ declinationem pronominū habent: in ius terminatiuum genitiuos  
 quomodo ea quæ ex his composita sunt: ut aliqua: nequa: siqua. Neutra uero in a græca  
 tertie sunt declinationis: gtūs enim græcus tos in tis couertūt apud nos ut hoc poema:  
 huius poematis: emblema: tis. toreuma. tis. Litterarū uero nomina tā apud græcos quā  
 apud latinos in declinabilia sūt ut & neutra. ut. α: β. a. b. In as uero uel in es græca quæ  
 apud græcos in ου. diphthongon termināt genitiuū primæ declinatiōis sunt: apud lati-  
 nos. ut οὐλύσιος hic lysias huius siæ: αντηςου hic antas huius antæ. ο πριαμιδου  
 hic priamides huius dæ. Sciēdū est at q̄ si patronymicorū forme inueniāt ppria noīa se-  
 cūdam tertiam declinationem magis ueteres pferūt ut hic thucidides huius didis hic eu-  
 ripides huius pidis. Similiter pferūt eiusdē terminationis barbara ut hic tygræes huius  
 nis. hic michtidates huius tis. hic ariobarzanes huius ariobarzanis: & i aliis q̄busdā græ-  
 cis auctoritate idē fecisse auctores iueniūt. ut hic orōtes huius tis. Secūda declinatio ter-  
 minales tres habet litteras. r. s. m. terminationes uero sex. er. ir. us. cus. um. er. ut sacer.



ir:uir:ur ut satur.us ut magnus:eus:ut tydeus:iun ut templū. In er desinētia si a græcis  
sint ῥόσ iter cōuertentibus apud nos & quare fœminina ex se faciūt in a desinētia & quae  
s.&t.habēt āte er nisi sint possessiua ut cāpēster:siluester:secūdae sūt declinatiois ut hic  
menāder huius dri:hic alexāder huius dri:tener ri:sacer cri:faciūt.n.tenera sacra:hic ole  
aster:huius stri:hic apiaster huius stri:excipit hic. Sequester huius stris:quod quis ter/  
tia declinatiois sit tātum fœmininum in a facit ut hec Sequestra:quis uetustissimi secū/  
de declinatiois rationabilius hoc protulerūt ut hic sequester huius stri:Alia uero oīa in er  
desinētia tertie sūt declinatiois ut hic pater huius tris:& haec mulier huius ris:hic & hec  
pauper ris:hoc tuber huius tuberis:excipiūtur puer ri: Socer soceri:siber fibri:cācer cri:li  
ber libri:culter cultri:faber bri. In ir. duo iueniūtur masculina secūde declinatiois:ut hic  
treuir ri. quod est gētile:& hic uir:huius uiri:& ex eo cōposita ut leuir:duumuir.triuiur:  
seuiuir. Preterea neutra duo iueniūtur in ir:unū tertiae declinatiois ut hoc gadir. huius  
diris nomē ciuitatis:& hoc ir. quod græci ὀειρ dicūt:ī declinabile. In ur uero unū mascu  
linum cuius fœmininum ī a desinit iuenitur secūde declinatiois:ut hic satur ri:Alia uero  
omnia tertiae sūt declinatiois:ut hic fursur huius fursuris τοσσὶ τῦρον. hic & hec fur furis  
φωόροσ hoc sulfur ris. ὀειροσ. In us correptam. s. uel. t. uel. x. antecedētibz si sint re/  
rum īcorporalium uocabula masculina sūt & quarte declinatiois:ut hic risus huius risus:  
hic uisus huius uisus:tumultus metas. Sexus luxus:similiter quarte declinatiois sūt quae  
ex his cōponūtur ut hic Senatus a senibus & natu huius senatus:& quae cognominatim  
ex his prolatis fixa sūt:ut magistratus huius tus. ὀρχων του ἄρχοντος:καὶ ἡ ἀρχὴ hic  
exercitus:huius tus. ὀρατοσ του στρατου καὶ ἡ ἀσκησις hic saltus το αλγος καὶ ἡ  
πῆλσις:huius tus:eiisdem preterea quarte sūt declinatiois quaedam quae cum sint fi  
xa intrus desinūt aliqua precedēte cōsonāte in eadem syllaba ante. t. posita ut hic fluctus  
huius fluctus:hic quæstus huius questus:hic rictus huius ctus:Excipitur lectus. ἡ κλινη  
ti. Nam iustus facit iusta. Similiter quarte sūt declinatiois quae per sincopā a supradī  
ctis īcorporalibus proferūtur:ut portatus portus:arctatus arctus:arcitus a uerbo arceo:  
artus. Laqueatus. lacus. uultus quoq; ipsa res esse uideatur a uerbo uolo. quomodo a colo  
cultus. Alia uero omnia supradictae terminatioes nomina masculina sūt secūde declina/  
tiois:ut hic bonus huius boni. humerus ri. uetus ti. quamuis uideat hoc quoq; simile eē  
in corporali quod a uerbo uenio nascit ex quo cōpositum est aduētus. Sāctus cti. som  
nus ni. excipiūtur gradus. Sinus currus:ficus. quod est uitiū corporis & tonitrus:& cor/  
nus. quae etiam neutra sūt in. u. desinētia:& unum tertiae declinatiois:ut hic lepus huius  
leporis. Nam specus & penus tam masculini quam fœminini & neutri generis iueniūtur  
& secūde & tertiae & quartae declinatiois. ut hic penus huius peni:& hoc penum huius pe  
ni.& hoc penus huius noris:& hoc penu huius penu. Similiter hic specus huius speci.&  
haec specus. huius speci:& hoc specu huius specoris:& specum huius ci. In us correptā  
desinētia fœminina si sint propria uel appellatiua aut græca in os desinētia apud græcos  
uel arborum nomina secūde sunt declinatiois:ut Tyrus huius tyri. Gyprus huius cypri.  
arctus arcti. pylus pili. cupressus cupressi. pyrus piri. arbutus arbuti. pinus pini: alnus al  
ni. Excipiuntur quinq; nomina quae tam quartae quam secūde declinationis inueniun  
tur:ut quercus:laurus:pinus cornus:ficus:& unum tertiae declinationis: ut haec uenus  
ueneris. Alia uero omnia in us. correptam desinētia fœminina quarte sunt declinatio  
nis ut haec manus. nurus. socrus porticus. anus. Excipiuntur alius alui. & humus hu/  
mi. & haec domus huius domui. uel domus:& haec colus huius coli uel colus. Neutra in  
us desinētia seu producta seu correpta tertiae sunt declinationis & in ris terminant geni  
tiuum:ut ius. iuris. plus. ris. munus. ris. pondus. ris. pectus pectoris. corpus corporis.

maius:ioris.minus.ris. Excipiuntur pelagus:gi. quod graecū est & uulgius gi quod & ma/  
sculinum est: & Virus:ri. & pus indeclinabile. Itē in us correptā cōmunia duo iueniuntur  
tertia declinatiois ut hic & hæc & hoc uetus:ueteris. hic & hæc ligur:liguris quod ē gētile  
& duo monosyllaba quæ producuntur in ntō: ut hic & hæc sus:is. gras:uis. Nā mus:ris  
dictum est a graeco. . . . . mutauit u i u. longam. Nullum enim latinum nomen masculi/  
num in. us. productam desinit. graeca igitur in us productam si apud graecos in dos fini  
unt: genitiuum apud latinos dos in dis cōuertūt per eundem casum ut.

hic cedipus huius: cedipodis. . . . . hic melampus huius melampodis. Latina  
uero quæ in supradictam syllabam in us. productam desinunt sine dubio fœminina sūt  
& tertia declinatiois ut hæc seruitus huius seruitutis. senectus: tis. iuuentus: tellus: salus  
palus: & que de eorum & aliorum nominum ultimis & penultimis syllabis graecorum.  
Latius in sexto de nomine libro docuimus. In eis desinētia graeca sūt tātum & secūda de  
clinationis ut hic tydeus huius tydei. orpheus. orphei. Oyleus: oylei in um desinētia oīa  
secūda declinationis sūt ut hoc templum huius templi. palladium: dii pallatiū: tii:

Tertia declinatio habet litteras terminales: decem: a. e. o. c. l. n. r. s. t. x. a. ut poema e  
ut sedile. o. ut uirgo. c. ut lac: lactis. l. ut sol: n. ut numē. r. ut orator. s. ut ciuitas: t  
ut caput. x. ut hic & hæc & hoc felix i. a. neutra & in e correptā & in omnia tertia  
sunt declinatiois ut hoc toreuma huius tis: hoc monile huius monilis. Sedile: ouile caro  
& hæc uirgo: hic & hæc homo. excipitur hoc cepe quod aptotum est dicitur tamē & hæc  
cepa huius cepæ in: c. uel. l. uel. n. uel. t. uel. x. desinētia omnia tertia declinatiois sūt ut  
hoc. alec: huius: cis. consul: lis. titan nis. Sinciput: tis. falax: cis. In er desinētia si nō sūt  
secūda declinatiois de qua superius docuimus sine dubio tertia sūt ut hoc bostar: ris.  
augur: ris: ager: ris: hæc soror sororis. hic & hæc felicior: ris. hoc laquear: ris. In. s. uero  
desinētia i quinq; declinatioibus iueniuntur per antecedētes igitur per uocales ea discerna  
mus. In as desinētia latina quidem omnia sūt tertia declinatiois Graeca uero quæ in  
os termināt genitiuū apud graecos ut hic Mecenas: tis: arpinas: tis: ciuitas: tis: pietas: tis  
hic athlas: tis. hæc palas: dis. In es correptā omnia sūt tertia declinatiois: ut hic miles: tis  
hæc seges: tis. hic & hæc teres: tis. In es pductā graeca quidē quæ genitiuū graecū in ovr  
uel i ēos termināt tertia sūt declinatiois ut . . . . . uel ovr. hic ermogenes hu/  
ius ermogenis.

hic Eteocles huius: clis. Latina uero si ante. s. i. habuerint  
quite sūt declinatiois: ut facies: ciei. series: riei dies: diei. Excipit quies: tis. cuius cōpositū  
requies: tis: & requiei: facit gūm. Alia uero oīa tertia sūt declinationis ut hic ulyxes: hu/  
ius ulixis. hic uerres: ris. hæc cedes: dis. Nubes: bis. amnes: hic & hæc heres: huius: dis.  
præses. hic & hæc locuples: tis Excipiunt rex: rei: & spes spei. plebes. bei. quod & pleps bis  
dī. In is. oīa tertia sūt declinatiois: ut hic collis huius collis. Sannis. huius nis: hæc nea/  
polis: huius: lis. dis: tis: hic & hæc utilis. In os quoq; correptā oīa latina in os pductam  
uel in us graeca sūt declinatiois: ut hic flos: floris. nepos: tis. dos: tis. hic & hæc custos: dis  
hic heros: is. hermos: is. Sed de penultimis & eor; alior; omnū i sexto de noie libro. Latu  
is ut supradictū est iuenies. In æs uel i: aus. diphtōgō desinētia: & oīa quæ i duas cōlonā  
tes desinūt tertia sūt declinatiois: ut hic pares: huius dis: hoc æs: huius æris. fraus: dis:  
laus dis. ars tis. mons montis:

Quarta declinatio terminales litteras duas habet. s. & u. terminatioes uero simi/  
liter duas. us. & u. In us. quidē masculinor; uel fœmininor;. In. u. uero. neutror;  
ut hic uultus. huius uultus. hec manus huius manus. hoc cornu: huius cornu hoc  
gelu huius gelu. hoc genu: huius genu. Sed i us. terminator; regulas supius tractauimus  
quand; de secūda docebamus declinatione. In. u. uero desinentia neutra inueniuntur

ideclinabilia in singulari numero. in plurali uero secundum quartam declinationem inflectuntur  
Vinta declinatio unam habet terminationem in es productam de qua superius  
ostendimus quando de tertia declinatione differabamus ut hic meredies: huius  
diei. hæc sunt de obliquis casibus quintæ declinationis.

Primæ declinationis genitius & datus singularis in æ. diphthongon desinunt: ut huius  
poetæ: huic. tæ. actus iam: ut hunc poetam uocatus & ablatius in a: ut o. poeta: & ab  
hoc poeta. Natus & uocatiuus plurales in æ. diphthongon ut hi & o. poetæ. genitiuus in  
æ. ut horum poetarum. datus & ablatius in is ut his & ab his poetis. & fœminina mobilia dum  
generis quæ naturaliter mobilia sunt differentia causa notantur ut deabus: filiabus nata/  
bus: equabus: aïabus: asinabus: mulabus. actus in as. ut hos poetas. Sciendum est tamẽ  
in græcis nominibus est quando græcis utuntur terminationibus auctores per diuersos  
casus tam singulares quam plurales: ut huius familiae genitius casus: latinus huius familiae

Secundæ declinationis genitius in i. desinit ut hic magnus huius generis datus & ablatius in o  
producta ut huic & ab hoc magno. actus in um. ut hunc magnum: nisi neutra quo  
rum actus ubique sequitur suum nominatiuum ut hoc pelagus: hoc laquear uocatus quando  
natus in er. uel in i. desinit similis erit ei. ut hic uir: & o. uir. hoc templum & o templum quoniam uero in ius  
finitur natus. si sint propria nomina abiecta. us. fit natus. ut Virgilius. o. uirgili hic tertius o. tere  
ti. in aliis uero nominibus terminationibus mutatione. us. in e. fit uocatus ut magnus. o. gne. So  
cius: o. cie. inuenitur unum nomen. ut filius. o. fili. & o filie. duplici placet uocatiuus ueteres ta  
mẽ aliquando aut metri uel euphoniae causa nominatiuus utuntur pro uocatiuus. In eis. deli  
netia græca sunt tamẽ & uocatiuum seruant græcum: quod & actum ut hunc orphea: Et hoc  
frequētissime in omnibus græcis nominibus inuenies quando dicimus in multis casibus fie  
ri natus & uocatus plurales secundæ declinationis per. i. finiuntur: ut hi & o. magni. Neutra  
autem tam eius quam aliarum declinationum in quibus inueniuntur nominatiuum accusatiuum &  
uocatiuum plurale in a. terminantur quomodo fit apud græcos: genitius pluralis ab ablatiuo sin  
gulari addita rum profertur ut ab hoc magno: horum magnorum datus & ablatiuus  
in is. ut his & ab his magnis. accusatiuus in os. ut hos magnos.

Tertiæ declinationis genitius in is correpta desinit: ut hic rex huius regis. datus in i. ut hu  
ic regi: actus in plerisque in em exit: ut hunc regem: in paucis uero in im ut hunc tyberim:  
hanc restim: puppim: turim: sitim: de quibus in. VII. de nomine libro Latius exposui  
mus. uocatiuus similis est nominatiuus: ut hic rex o. rex. in græcis autem nominibus licet uo  
catiuus uti græco sicut superius dictum est: ut tybri pater ablatiuus in quibusdam p. e. cer  
repta ut ab hoc rege. in quibusdam per. i. ut tyberi: in quibusdam per e. & per. i. ut a felice  
uel felice. natus actus & uocatiuus plurales tertiæ declinationis. in es. productam desinunt  
ut hi & hos & o. reges: in quibusdam actus est. is finitur ut hos & has omnes uel omnes genitius plu  
ralis plerumque in um. non antecedit. i. ut a rege regum in quibusdam antecedit. i. ut horum mon  
tium de quibus in. VII. de nomine libro docuimus. datus et ablatius in bus ut his et ab his regibus.

Quartæ declinationis genitius singularis in us producta desinit ut hic senatus huius senatus  
datus in ui. ut huic senatui. actus in um. ut hunc senatum: uocatus autem similis est nato ut. o. se  
natus. ablatius in u. producta ut ab hoc senatu eiusdem declinationis natus pluralis actus et  
uocatus in us producta ut hi et hos et o. senatus genitius in uum ut horum senatum. datus et abla  
tiuus in bus ut his et ab his senatibus.

Vintæ de. genitius & datus singulares in ei diuisas syllabas præferunt: ut huius & huic diei  
actus in m. ut hanc rem. uocatus similis est uocato ut o res. ablatius in e producta ut ab hoc re  
natus actus & uocatus plurales eiusdem declinationis in es. producta exeunt ut hæc & has & o  
res. genitius pluralis adiecta. rum. syllaba. ablatiuo singulari ut ab hac re harum rerum: datus

& ablatius i bus ut his ab his rebus: & hoc quidē cōpendii causa ad instruendos pueros  
